

rum ad se virtutem omnem trahere,  
quod non crediderim. Cæterum nū  
reconditas illas vereq; admirandas p  
riestates ad dæmonum imposturas  
demandabimus, quod carum causam  
naturalē nemo (vt puto) adferat ex-  
actam, vt i censori nostro ac similibus  
viris parum circumspectis, nihilq; suę  
ignorantiæ cōcedere volentibus for-  
sitan videtur? absit non ab hoc tantū  
vno, sed & à quo quis alio verè docto  
& piè Christiano. Quinimò capro-  
pter in Dei & Domini nostri omniū  
creatoris propensiorem admirationē  
feramur, eiusq; magnificentiam ar-  
dentiori studio ac necessitudine ef-  
feramus.

*De Achate. Cap. XVI.*

**A**ximam tempus autoritatem  
ademit Achatæ, non quod vi-  
ribus minùs quam antiquius polle-  
at, sed quod copiosior sit: qua enim  
occasione solet in rebus humanis cla-  
tionem fastūm q; raritas adferre: cādē